

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Agnetae Linsinges/ Liberi moestissimi paratas
cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ac hortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772189021>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.
in
A. Linsing.

Rostock. 1638.

30



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn772189021/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772189021/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.


AD EXEQUIAS

quas

AGNETÆ
Lænsinges/

Liberi mœstissimi paratas
cupiunt,

Omnes omnium ordinum Cives Academicos hora
templo S. Nicolai Studiose invitas
ac hortatur.



ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typograph.

ANNO M D G XXXVIII.



666
Biit nudius quartus annis haud-
dubie defessa, quippe plusquam
octuagenaria, matrona honestissi-
ma AGNETA LINSINGES, ei
merito vel propter etatis magni-
tudinem, & vita acia honestatem damus ope-
ram, quae a nobis petitur, exsequiarum praesentia,
ac frequentia nostra ornandarum. Nata enim est
anno seculi superioris quinquagesimo sexto
hac in urbe, ex parentibus piis & Christianis. Pa-
ter quidem ejus fuit HANS WOSERIN, mater
APOLLONIA WILKEN. Avus paternus RAVE
WOSERIN ex nobili quidem familia ortus, sed
urbis hujus inquilinus. Avus maternus fuit Vir
Amplissimus & Prudentissimus Dn. JOHAN
WILKEN hujus Reip: Consul primus. Patrem
adolescentula amisit; Mater igitur duplicatam
sibi curam educationis videns, nihil non fecit
sedulo, ut hanc filiam suam pie & honeste educa-
ret, virtutibus virginis convenientibus ornaret,
& ad labores Oeconomicos assuefaceret. Quae
res ita successit, ut Anno millesimo, quingente-
simo octuagesimo primo Sponsum inveniret,
ac deinde maritum honestissimum virum JA-
COB GRETEMAN, Civem hujus Urbis prima-
rium, ac templi Sanc-Nicolaitani praefectum in-
tegerimum, cum quo septem annos, in conju-
gio

gio pio, placido, ac tranquillo vixit, nec infœc-
cundo, siquidem binos ex eo liberos sustulit,
masculum & foemellam, quorum ille jam pri-
dem pia morte ex hac vita sublatus est, hæc etiā
nunc superstes. Hujus conjugij felicitatem in-
terrupit providentiæ divinæ miranda potius,
quam rimanda series, qua factum ut vir opti-
mus, & civis primarius, ex hac terrestri civitate,
in cœlestem evocatus, piè placideq; commigra-
ret, viduæq; cum liberis relictæ totum Oecono-
mizatq; educationis liberorum onus inpone-
ret. Hoc in statu viduitatis illa ad sesquiannū
vixit, piè, sine luxu & fastu, modestè & ut hone-
stæ viduæ conveniebat: ac diutius vixisset, nisi
divinæ providentiæ instinctu & propinquorū
consilio ad secundas nuptias pervenisset, quas
contraxit cum honestissimo viro, & cive prima-
rio PAUL LINSING, qui ad 40. annos Ædi S.
Nicol: sacræ, rectè integrè & laudabiliter præ-
fuit. Cum isto viro conjugium coluit, quale
pii & probi conjuges serio Dei timore ducti, se-
dulo rei familiaris studio dediti, honestatem vi-
tæ, morum integritatem sectantes, colere solent
sine lite, & jurgio, idq; ad annos quadraginta u-
num. Neq; fructu suo, illud conjugium desti-
tutum fuit, siquidem quinos ex isto viro liberos
edidit, filium unum JOHANNEM, filias quatuor

66
ANNAM, ELISABETHAM, DOROTHEAM &
JUSTINAM, ex quibus filius JOHANNES, &
prima natu filia superstites adhuc sunt, cæteræ
suoquæq; ordine diem obierunt. Cum autem
piè defuncto marito etiam isto, ad priorem vi-
dutatis ordinem iterum esset redacta, omne il-
lud, quod ab obitu mariti reliquū tempus fuit,
ut viduam piam, & vere Christianam, ut mulie-
rem natu magnam, ut matrem liberis pio & bo-
no exemplo præuentem decebat, consumpsit.
Tandem ad ultimam rerum lineam redacta est,
primum ab ipsa senectute, quæ morbus est, dein-
de ab ægritudine corporis, quæ in senibus facili
occasione, & causa existit, occupata, ac die 4.
Martij, circa undecimam meridianam ex hac vi-
ta, in qua commorata fuerat annis octoginta
duobus, & mater, avia, proavia liberorum quin-
quaginta sex evasisset, in cœlestem, ubi perpe-
tuo vivet, translata est. Hæc vita est annosæ hu-
jus matronæ, hic vitæ finis. Varias in ea vide-
mus virtutes, laude & imitatione dignas. Obe-
dientiam in filia, parentibus, imo viduæ matri
post mortuum patrem, soli debitam, ac præstidam,
casti pudoris decus in virginе servatum; sine la-
scivia & luxu, mariti amorem non temeratum
in uxore, studium religionis & modestiæ in vi-
dua, repetitis nuptijs non ex levitate quadam,
& in-

& incontinentia juvenili, sed propinquorum
suaſu & hortatu, maturo consilio, repetiti erga
alterum maritum amoris sinceritas, liberorum
ſtudiosa educatio, deniq; in viduitate repetita
moleſtiarum, quæ vitam iſtam per ſe comitan-
tur, deinde ceterarum, quas horum temporum
calamitates adferunt, patientia, & nunc tandem
beata hujus vita, cum illa coeleſti, & nunquam
desitura permutatio. Qui ſic vivit, ſic moritur,
luctu ac lachrymis proſequendus non eſt, quin
gratulationem potius poſtulat. Quod pericu-
losam hujus vita navigationem feliciter abſol-
verit, præſertim, cum, ut à piratis mare infestum
reditur, vel ſcopulis ac ſaxis latentibus pericu-
loſum: Sic vita noſtra calamitatibus ac ærumnis
infestetur, ſine quibus ad portū pervaenire pau-
cis datur. Argonautæ Thessali, de quibus Poe-
tae fabulantur, non maris tantum ſuſtinebant
pericula, ut Symplegadas, & alia, ſed obiter va-
rijs cum incommodis conſtrictabantur, denique
taurorum πῦρ πνεόντων ignem spirantiū vim, Dra-
conem & Spartos illos terra natos, Martis milites
primum timere deinde ſuperare cogebantur, ut
aurei velleris, non ſine labore, & periculis com-
potes fierent. Quid nobis exſpectandum, qui
in hujus vita pelagus ingressi ſumus? an auro
immaculati illius agni vellere nos potiri poſſe

A 3

puta-

putabimus, absq; naufragii metu vel periculo :
Imo si naufragium vel maximè faciamus, non
ne conemur prælucente pharo verbi divini, sa-
lutaris fidei, quasi vitta præcincti, quali Ulysses
ille Poeticus à Leucothea donatus, ad terram, in-
ter fluctus & monstra natantia enatare, & ad
portum vitæ æternæ pervenire. Non est igitur,
quod superstites liberi hunc suæ matris, aviæ, &
proaviæ obitum lugeant, vel quasi immaturū,
vel quasi exitialem. Quomodo enim sit immatu-
rus, qui anno demum octuagesimo secundo
à primo in vitam ingressu contigit? ne respectu
quidem superstitutum immaturum, quorum a-
liqui avita ætate jam utuntur. Quomodo vero
exitialis, qui è vita quidem, sed mortali, in mor-
tem, sed quæ sit vitæ æternæ janua, è tenebris in
lucem, ex magno mari, & naufragiis infami pe-
lago, ad portum serenitatis ac tranquillitatis ple-
num, ex labore ad quietem, ex lachrymis ad
gaudia ac lætitiam fertur? Si tamen diuturnæ
societatis inter matrem, liberos, & nepotes, quos
ex se vidit, tanta sit vis, ut non sine luctu ac la-
chrymis abeuntem dimittant, optimum fuerit
præter temporis diuturnitatem, quæ hominibus
ægritudinem adimit, rectam rationem admitte-
re, quæ jubet, in Deum ut respiciamus, vitæ ac
mortis nostræ arbitrum, promum & condum,
qui

66

qui & causas habuit, ob quas piam hanc matronam, tam diu in vita teneret, alias itidem habuit, cur nunc demum evocaret. Voluit eam & multitudine annorum saturam fieri, voluit eam saturam, quasi è convivio surgere, ac domum ire, quod ut factu optimum, ipsa recta ratio suadet. Quid enim si post abitum jurgia, lites, convitia, pralia orientur inter ebrios commessatores? quis iis libenter intersit? At qui jam orta erant multo prius quam hæc matrona dominutionem pararet. Et quis scit an non graviora etiam immincent? quibus illa se subduxit; omnis mali expers, omnis periculi secura, vita vero & latitiae plena, quam nulla vis belli, nulla temporis diuturnitas, nulla ægritudo minuet, labefactabit, everteret. Unum restat, Cives Academici, ut nostro quoq; suffragio sententiam ipsius Dei approbemus. Is enim est qui piæ huic matronæ, multitudinem dierum donavit, nos hanc longævitatem ei gratulemur, & pietate ac temperantia nostra, idem à Deo ut impetrare possimus sedulo operam demus. Is est, qui ex periculo seculi pelago eam liberavit, & ad se recepit, nos operā sedulò demus, in hoc seculo ita ut ambulemus, in hoc pelago ita navigemus, ut quasi inter spinas calceati ambulasse, remis & velis usi fuisse videamur, ac Deo vocanti pareamus.

666

reamus. Id vero faciemus, si ad exequias frequentes comparebimus, Provinciæ, Reipublicæ utriusq; salutem Deo pijs precibus commendemus, & nostram ipsorum frequenter mortalitatem commemoremus ac meditemur. Fiet Conventus hora prima pomeridiana in æde S. Nicolai. P. P. Rostochij 6. Martij

Anno 1638. Sub sigillo Reatoratus.










Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn772189021/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772189021/phys_0016)



qui & causas habuit, ob quasi
nam, tam diu in vita teneret.
buit, cur nunc demum evocari
& multitudine annorum saturam
eam saturam, quasi è convivio
mum ire, quod ut factu optimo
tio suadet. Quid enim si pos-
lites, convitia, pralia orientur i-
messatores? quis iis libenter in-
orta erant multo prius quam huius
munitionem pararet. Et quis se-
ra etiam imminicant? quibus il-
mnis mali expers, omnis perie-
vero & lætitia plena, quam nu-
temporis diuturnitas, nulla æ-
labefactabit, evertet. Unum r-
demici, ut nostro quoq; suffri-
ipsius Dei approbemns. Isenin
matronæ, multitudinem dier-
hanc longævitatem ei gratuleret
temperantia nostra, idem à D-
possimus sedulo operam demu-
periculo seculi pelago eam li-
cepit, nos operā sedulò demu-
ita ut ambulemus, in hoc pelag-
ut quasi inter spinas calceati a-
& velis usi fuisse videamur, ac



matro-
em ha-
it eam
voluit
ac do-
cta ra-
jurgia,
s com-
uijam
na do-
ravio-
xit; o-
a, vitæ
, nulla
inuet,
s Aca-
ntiam
æ huic
it, nos
tate ac
etrare
qui ex
x ad se
eculo
emus,
remis
anti pa-
amus.